


6

SIXTUS ALMAYR VBIUS PRIOR DETR.
CURSUS PRÆCEPTOR I SVO SED.

CURSII PANEGYRIS
DE FOEDERE IN
TER IVLIVM.II.
PONT: MAX:
ET HISPAN.
REGEM.



CURSII PANEGYRIS
DE FOEDERE IN
TER IVIVM.
PONT: MAX:
ET HISPAN.
REGEM.



5

SIXTVS ALMAE VRBIS PRIOR PETR.
CVRSIO PRAECEPTORI SVO.S.P.D.



Ccipe mi Cursi Panegyri/seu mauiſ
ſyluā a te ſubito calore editā. Cui enī
q̄ tibi dicari tua melius poterāt: ut qđ
Te inuito & inſcio ederemus: Sub tuo
nomine edereſ. Siquidē hāc (ut noſti)
¶ Tertio poſtq̄ effuderis die corā Iulio Pont: Max:
kal. Nouembris recitaturus eras/ mihi legendam: &
Galeatio Boſchetto gñe iudicio & lris p̄redito emē
dādā cōmiſeras. ueru (ut ſepe accidit) Ouē Lupo cō
miſiſti: Quā. n. mihi t̄m legēdā/ & Boſchetto (ut dixi)
noſtro emēdādā dederas: de cōſilii ſn̄ia imprimēdam
curauim⁹. Nō q̄ eā uł ſolo nutu p̄baueris: ſed ut tua
tu epigrāmata/elegias/eclogas/quas palā ſecreto no
bis recitaſſes/aliquñ ī uulguſ dares. Nā etſi ſcim⁹ q̄ ti
bi nō placeas: ſcim⁹ et quā de te opionē cōcitaueris.
Ignosce igit̄ Siquđ inſcio & ſuito amico ī amicū ami
citię cā deliquerimus. Tibiq; tādē p̄ſuade/cū hec ex
tēporalia digna ut publicū acciperēt iudicauerim⁹:
Impēdio magis/ea placitura: q̄ ī multos ānos p̄ſſeris
Vale ex edib⁹ n̄ri p̄orat⁹. p̄die kal. Nouē. M. D. XI.

CURSII PANEGYRIS DE NONO ANNO
PONT: IULII ET NOVO FOEDERE.

Festa dies noni qui nunc nouus inchoat anni
Iuleos renouat fastos:hinc elarius orbem
Illustrant solis radii:iactantior hinc est
Auspiciis Roma alta nouis:hinc aurea pubes
Purpureiq; patres:& plebs nō sordida/cultu
Principis accumulans lucem:non flamina perflant:
Sed uariis auium cœtus concentibus auras
Mulcent:& fluuio gestit Tyberinus amœno:
Ditior hinc solito templis nitore:altior aris
Flāma micat: plenaq; deis sparguntur acerra
Quos cylices/diuelsq; tulit panchaia odores:
Sic primos decet ire dies:sic secla renasci
Iulia:qui celsi referas palatia cœli.
Omnia qui referas ad sacra/& publica uota:
Fama ingens/melior factis/& numine numen.
Aemula sideribus quisquis tua templa tuetur/
Non opus esse hoīum/sed cœli moenia credit.
Ergo alacres animis iuuenes optate Secundo

8
Aethernosq; dies/ethernaq; gaudia uite.
Nam (si uera negent non ipsi facta Tyranni/
Qui non horruerunt ueluti Titania proles/
Templa deum spoliare suis custodibus: aras
Ferro/igne/eruere/& crudeli spargere cede:
Infantes ante ora patrum mactare: puellas
In matrum gremiis populo spectante piare)
Qui metus orbis erat: que tristia murmurat: que tum
Mens hominū: cum te rapuit pene improba febris:
Nonne mori est omnis luli cum funere mūdus.
Creditus: atq; omnis cura est dimissa salutis:
Scilicet his hominum clausissent luctibus aures
Numina. spreuissentq; uirum pia uora/precēsq;
Ut populator opum/diuum contemptor/luli
Immemor: offensis superis frueretur:& orbis
Quem lacerat: tandem p̄do potiretur habenis.
Non ita: namq; hominū iustas timere querelas
Coelicolę: quis enim coluisset numina: Iule
Si pereas: per quem pereant nec sacra/nec urbes:
Non tibi sed superis qui queras tegna/& honores:
Ergo erat in fati/ut post tua fata resurgens
Talia non sineres audere impune Tyrannos:

Turbatamq; ratem fida in statione locaress
Te populis/populosq; tibi seruare liceret.
Vlcisciq; deos iuncto tibi foedere Hiberno
Principe: quo melior bello non extitit unquam/
Non erit/aut nunc est: Qui tot non cognita regna
Tot populos nunquã auditos/sine lege uagantes/
Ad christi reuocat cultus/melioraq; fata:
Quasq; acies/turmas/classes/in uilcera Mauri
Legerat: has geminis mittit ductoribus: Alter
Is Raimundus erit: quo Bellatore cruentus
Hannibal Italiam nunq; tetigisset: & alter
Omina foelici foelicia nomine portans
Terminus/Imperium & famã q; terminet astris
Iule tibi: populis secura in pace locatis.
Militat auspiciis Regis Raimundus: Iuli
Terminus: auspiciis diuum pugnabit uterq;
Auspiciisq; tuis: certa est uictoria: certus
Bellorum euentus/que Petro atq; auspice Rege
Iuli bella geres/pro libertate labanti
Italię: spretisq; focis/templisq; decorum.
Anne deum/Iulicq; hostes non sternat hiberus?
Qui Reges & Marte suos prostrauerit hostes

Ter/quater/& decies scelix/deciesq; Beate
 Termine: qui turmis Petri/turmisq; Secundi
 Preficeris: poterunt unquam que premia reddi
 Digna tibi: statuiq; tibi que digna tropeas
 Nunquamoes poterunt terre tibi digna referre
 Premia: decernet polus ipse trophea/triumpfos.
 Nec trahet albus equus currum: nec flectet habernas
 Vir Tibi: cœlesti in cœlum uectabere curru:
 Certatim superum turba comitante triumphum.
 Fama iugum/uirtusq; trahent moderante Minerua: